

ab obitu meo per heredes meos persolutum ex tunc dictj fratres supradictam terram libere distrahendj cuicunque eis placuerit habeant potestatem, Ecclesie knifsta cuius curatus fuj. confero tres marcas. Ecclesie upsalensi tres marcas. Ad domum dei upsalie vnam marcam. fratribus ibidem dimidiā marcam. fratribus enycopie dimidiā marcam. hospitali ibidem dimidiā marcam. Ecclesie tyllingi vnam marcam. Jtem pauperibus quibuscunque dimidiā marcam. Jtem jngiualdo fratri meo vnum iuuenem equum. vnam equam nigram et vnam uaccam. Jtem cecilie sororj mej tabardum meum. Exequores hujus mei testamentj constituo karissimum fratrem meum jngiualdum cujus eciam assensu hec omnia fecj. et fratrem Thorirum siktuniensem. cognatum meum. Testes predictorum sunt isti. gregorius in læpingi. asmundus villicus dominj abernj. Michael de gridilby. ragualdus ibidem. kiætilbornus de engiaby. Nicolaus de terf. et ericus ibidem. In premissorum autem robur et evidenciam firmiorem sigillum meum presentibus est appensum vna cum sigillis discretorum virorum domini, omunda de oþinserg et domini laurençij de uadsundum necnon et fratris mej Jngiualdj. Datum knifsta anno domini M°. CCC° tercio in crastino omnium sanctorum.

Sigillen mer och mindre skadade.

1411.

1303 d. 6 Nov.

Viht.

ELISIF JOHANS af Nybble dotters Testamente till Predikarebröderna i Sigtuna af dess andel i den gård hon hade fått af Julianaa.

A. 3. c.

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Ego ELISIF FILIA JOHANNIS de nubyli. compos mente. et jncolumnis corpore. de modica substancialia mea saluti anime mee cupiens prouidere. In meorum remissionem peccatorum. fratribus predictoribus sietonie apud quos eciam corporis mei eligo sepulturam. lego partem meam in curia quam laudabilis memorie juliana mihi ante mortem suam dedit et volo ut predicta pars. et dimidia pars curie superius nominate per filiam meam christinam si ipsa post mortem meam vixerit a fratribus memoratis pro quinque Marcis denariorum redimatur infra annum post decesum meum. si tamen ipsa filia mea partem illam redimere voluerit et suffecerit et absque caluninia cuiusquam valuerit possidendo retinere. alioquin predicti fratres partem sibi legetam supradicte curie cuicunque voluerint et carius poterunt vendere liberam habeant potestatem. testes huius ordinacionis mee presentes fuerunt. domina mea Ragnburgis filia condam domini jsraelis legiferi. bero helsingr petrus de borungi. katerina vxor sua. margareta et Rangfridis famule domine R. et fratres de sicto-

nia bero et valterus. Actum jn viht anno domini M°. CCC° III°. feria III:<sup>a</sup>  
proxima ante Martini. Ad confirmationem autem huius voluntatis mee sigilla.  
domine mee Ragnburgis et fratriss israelis prioris sictoniensis. huic littore  
apponi peto.

På frånsidan: Testamentum per fratrem lyend. procuratum.

Sigillen bortfallna, remsvorna qvar.

1412.

1303 d. 7 Nov.

Rom.

Påfven BENEDICTUS XI:s Bulla till Ärkebiskopen Isar i Lund med förklarande af Konung Eriks  
i Danmark giftermål med Svenska Prinsessan Ingeborg för lagligt, oaktadt de äro beslägtade  
i fjerde led.

F. 1: 358. A. 31. Ep. 30.

BENEDICTUS XI instante Ingeburg Sorore Regis Svetiae committit Archiepiscopo Lundensi ab impedimento 4:ti gradus dispensare cum Rege Datiae,  
uti statuerat Bonifacius VIII.

BENEDICTUS &c. Venerabili fratri I. Archiepiscopo Lundensi Svetie Primati  
Salutem &c.

Licet matrimonii contractum in quarto consanguinitatis, vel affinitatis  
gradu Sacri Canones interdicant, consuevit tamen interdum Sedes apostolica  
super hoc devotorum, et maxime personarum sublimium inducta precibus  
dispensare. Petitione quidem carissime in Christo filie Ingeburg Sororis caris-  
simi in Christo filii nostri Burgerii Regis Svetie Illustris nobis exhibita con-  
tinebat, quod cum olim post mortem cl. mem. Erici Regis Datiae per poten-  
tiam, et malitiam inimicorum eius Regnum Datiae oppressum foret multipli-  
citer et collapsum, magnificus Princeps Ericus Rex Datiae Illustris eius filius  
pro tuitione, ac defensione sua, et dicti Regni cum eadem Ingeburg, de-  
cuius Patris presidio propter hoc plurimum confidebat matrimonium de fa-  
cto per verba de presenti contraxit, et carnali postmodum copula subsecuta  
jam per plures annos cohabitavit eidem. Verum quia ipsi Rex Datiae, et In-  
geburgh quarto se gradu consanguinitatis contingunt fel. rec. B. P. P. VIII.  
Predecessor etiam noster ad ipsius Regis Datiae supplicationis instantiam super  
impendenda eis in hac parte dispensationis gratia tibi tunc Archiepiscopero Car-  
cassonensi Cappellano suo, quem pro quibusdam negotiis ad partes illas  
transmiserat, suas certi tenoris litteras distinavit, set tu de partibus ipsis redi-  
ens, quod tibi mandabatur in eis exequi nequivisti, propter quod ex parte  
dictae Ingeburgh nobis extitit supplicatum, ut cum ex ipsorum Regis Da-  
tie, et Ingeburgh separatione, si fieret maxima scandala, odia, et guerre  
possent de facili exoriri, providere sibi ac dicto Regi Datiae, qui nisi esset